

\* exhalari propter vapores fumidam\* exhalare caliginem certum est. Nubesq; liquore egresso in sublime, aut ex aere coactio in liquorem, gigni. Densitas earum corpusq; hand dubio coniectatur argumento, cum solem obumbrent, perspicuum alias etiam vrinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

De tonitruis & fulguribus. CAP. XLIII.

**I**gitur nō eam inficias, posse in has et ignes superne stellarum decidere, quales sereno saepe cernimus, quorū ictu cōcuti aera uerū est, quando et tela vibrata stridunt. Cū vero in nubem peruenerint, vaporem dissonū gigni, ut cādente ferro in aquā demerso, & fumidum vorticē volui. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubē, illis perrūpi. Et esse tonitrua ipatorū ignium plagas, ideoq; p̄tinus coruscare igneas nubiu rimas. Posse et repulso siderum depressū, qui a terra meauerit, spiritū nube cohibitu tonare, natura stragulate sonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, ut in membrana spiritu intēta. Posse et atritu, dum in p̄ceps feratur, illum, quisquis est, spiritū accendi. Posse & conflictu nubium elidi, ut duorū lapidū, scintillantibus fulgetris. Sed hęc oīa esse fortuita. Hinc bruta fulmina et vana, ut quæ nulla veniāt ratione nature. Iis percuti montes, ijs maria, oēsq; alios irritos iactus. Illa vero fatidica ex alto, statisq; de causis, ex suis venire sideribus. Simili modo ventos vel potius flatus, posse & ex arido siccoq; \* anhelitu terra gigni non negauerim: posse & aquis aera expirantibus, qui neq; in nebulam densetur, nec crassescat in nubes: posse & solis impulsu agi: quoniam ventus hand aliud intelligatur, q̄ fluctus aeris: pluribusque etiam modis. Namq; & è fluminibus ac niuibus, & è mari videmus & quidem tranquillo, et alios quos vocant altanos et terra consurgere. Qui quidē cum e mari redeunt, tropei vocantur: si pergunt, apogei.

Qua ratione echo reddatur. CAP. XLIII.

**M**ontiu vero flexus crebriq; uertices, \* et cōflexa cubito, aut cōfracta i hūeros iuga, cōcaui valliu sinus, scindūt iequaliter i de resultatē aera: q̄ causa ēt uoces multis i locis reciprocās facit.

De ventis iterum. CAP. XLV.

**S**ine fine vētos generant iam quidā etiam specus, qualis in Dalmatia ora, vasto in p̄ceps hiatu: in quē deiecto leui pōdere, q̄uis trāquillo die, turbini similis emicat p̄cella. Nomen loco est Senta. Quin et in Cyrenaica puincia rupes quādā austro traditur sacra, quā profanum sit atrectari hoīs manu, confestim austro voluētē arenas. In domibus etiam multis, manu facta inclusa opacitate cōceptacula auras suas habēt, adeo causa nō deest. Sed plurimū i terest, flatus sit, an vētus. Illos statos atq; perspirātes, quos nō tractus aliquis, verū terræ sentiunt: qui nō aura, nō \* procella maris, sed appellatione quoq; ipsa vēti sunt: qui sine assiduo mundi incitu, et contraroi siderū occurſu

\* aut complexi subito anfractu in numerosa iuga concaui vall.

\* procella, fed mares appella. & c. ut cap. 47. Mares itaq; existimatur impari numero.

nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum nature spiritus, huc illucq; tanquam in vtero aliquo vagus, siue disparili errantium siderum ictu, radiorumque multiformi iactu flagellatus aer, siue a suis sideribus exeunt his propioribus, siue ab illis calo affixis cadunt, palam est illud quoq; legem nature habere non ignotam, etiam si nondum percognitam.

Natura & obseruationes ventorū. CAP. XLVI.

**V**iginti amplius autores Græci veteres pdidere de his obseruatiōes. Quo magis miror, orbe discordi, et in regna, hoc est, in mēbra diuiso, tot viris cura fuisse tā ardua\* inuētū, inter bella p̄sertim et infida hospitia, piratis etiā oīum mortalium hostibus trāsitus ferme tenētibus: ut hodie quādā in suo quisq; tractu ex eorū cōmentarijs, qui nunq̄ eo accessere, verius noscat, q̄ indigenarū sciētia: nunc vero pace tā festa, tā gaudente prouentu rerū artiumq; principe, oīno nihil addisci noua inquisitione, imo ne veterum quidē inuenta perdisci. Non erant maiora p̄mia in multos dispersa fortune magnitudine, & ista plures sine p̄mio alio q̄ posteros inuādī eruerunt. \* Nāq; mores hoīum senuerē, non fructus. Et immensa multitudo aperto quodcunq; est mari, hospitaliq; littorū oīum appulſu nauigat; sed lucri non scientia gratia. Nec reputat caeca mens & tantum auaritiæ intenta, idipsum scientia posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius quā instituto fortassis conueniat operi, traetabo ventos, tot milia nauigantium cernens.

Ventorum genera. CAP. XLVII.

**V**eteres quatuor oīno seruauere, p̄ totidē mundi partes (ideo nec Homerus plures noīat) hebeti ut mox iudicatum est rōne: secuta etas octo addidit, nimis subtili & concisa: proximis inter vtranq; media placuit, ad breuem ex numerosa additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor celi partibus: Ab oriente æquinoctiali subsolanus, ab oriente brumali vulturinus: illum apelioten, hunc eurum Græci appellant. A meridie auster, & ab occasu brumali africanus, noton & liba nominant: Ab occasu æquinoctiali fauonius, ab occasu solstitiali eurus, zephyron & argesten vocant: A septentrionibus septentrio, interq; eum & exortum solstialem aquilo, apertias dicti & boreas. Numerosior ratio quatuor his interiecerat: thrascian, media regione inter septentriem & occasum solstialem: itemq; cæcian, media inter aquilonem & exortum æquinoctialem: ab ortu solstitiali phænician, media regione inter ortum brumalem & meridem: item inter liba & noton compositum ex vtroque medium, inter meridiem & hybernum occidentem, libanoton. Nec finis: alij quippe mesen nomine etiamnum addidere inter boream & cæcian, & inter eurum & noton euronotum. Sunt etiam quidam peculiare quibusque gentibus venti, non vltra certum procedentes tractum: ut Atheniensibus sciron, paulum ab argeste deflexus, reliquæ Græciae ignotus. Aliubi elatior idem olympias vocatur.

Consuetudo

\* inuenta perquirere,

\* Nāq; nō est in veteri exemplar.